Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

rogo ut tollas eos de
mundo; sed ut serues
eos a malo. De mundo
non sunt; sicut ego non
sum de mundo. Sanctifica
eos in ueritate. Sermo
tuus ueritas est. Sicut tu
me misisti in mundum;
et ego misi eos in mun
dum. Et pro eis ego sanc
tifico meipsum; ut sint
et ipsi sanctificati in
ueritate. Non pro his autem
rogo tantum; sed et pro eis
qui credituri sunt per
uerbum eorum in me, ut
omnes unum sint, sicut
tu pater in me et ego in te,
ut et ipsi in nobis unum
sint, ut mundus credat
quia tu me misisti. Et
ego claritatem quam de
disti mihi dedi eis: ut
sint unum sicut nos u
num sumus. Ego in eis
et tu in me, ut sint con
sumati in unum; et co
gnoscat mundus quia
tu me misisti, et dile
xisti eos sicut me dile
xisti. Pater, quos dedisti
mihi uolo ut ubi ego
sum et illi sint mecum,
ut uideant claritatem
meam quam dedisti mihi,
quia dilexisti me ante
mundi constitutionem.
Pater iuste mundus te non
cognouit; ego autem nouit
te, et hi cognouerunt quia
tu me misisti. Et notum
feci eis nomen tuum et
notum faciam; ut dilectio
qua dilexisti me in ipsis
sit, et ego in ipsis. offert.
Letamini in domino et exultate
iusti et gliamini omnes recti corde.
Oblatis quesumus domine, sec.
placare muneribus;
et intercedente beata dei ge
nitrice maria cum omnibus
sanctis a cunctis nos aduersis
periculis. com. Ego uos de ego
de mundo ut eatis et fructum
afferatis et fructus uester maneat.
Sumpsimus, oplen.
domine beate marie sp
ecies et omnium sanctorum tuorum